

Ad Num. 10.

44 Quanquam magis communis sententia æquiparet legatum ususfructus legato quantatis anno civitati relicto, ut utrumque centum annorum lapsu extinguatur, ut videre licet apud Surdum de alimento tit. 5. quæst. 6. & numer. 16. Tamen verius est, ac tenendum, quod legatum annum usque in infinitum debetur civitati. Ita cum D. Covarruv docent Gregor. Lop. in l. 26. gloss. I. tit. 31. part. 3. Roderic. de ann. redditib. lib. 1. quæst. 17. numer. 103. Cujac. in l. penult. de ann. legat. & in l. Si ususfructus 8. de ususfruct. legato. Duaren. ad tit. ff. ad leg. Falcid. cap. 8. vers. Cautione igitur. Castill. controvers. lib. 1. de ususfruct. cap. 16. num. 20. Peregrin. de fideicom. art. 29. à num. 111. & aliis apud Castill. & videtur accedere Surdus, licet anceps, Avend. censib. cap. 4. n. 12.

Ibi : Nam legatum annum æstimatur.

45 Adde Duaren. ubi proxime, qui rectè querit, cur legatum ususfructus pluris æstimetur ad rationem triconta annorum, cum sit temporale, l. Hæreditatum 68. ad leg. Falcid. quam legatum annum, quod etiæ perpetuum sit, ad viginti quinque restringitur, l. 3. §. ult. eod. tit. Rationem redditu Duarenus, qui mihi quidem obscurè loquitur; sed ipsa in obscuro non est: nam etiæ utilius sit Reipublicæ legatum annum decem ob perpetuam, quā ususfructus fundi totidem reddentis annuatim; hæres tamen hoc magis quā illo gravatur, cum exhibitis ducentis quinquaginta, ex ususfructibus in perpetuum satisfaciunt civitati, juxta dictam legem 3. §. ult. Non sic se potest liberare à legato ususfructus, sed tenetur pati, ut civitas per centum annos fundo fruatur, & sic toto eo tempore carebit fructibus, qui mille æstimantur, licet juris temperamento solum triconta computentur anni, id est centum, ea ratione, de qua supra, num. 42. In ratione Falcidiæ ponenda non inspicitur utilitas legatarii, sed hæredis onus, ut deductioni locus fiat.

Ibi : Quamobrem in hac controversia.

Hanc resolutionem comprobavimus suprà, num. 44. de qua fuisse Surd. ubi proxime, Hippol. Rimand. cons. 219. à num. 11. lib. 2.

Ibi : Secundò ex his deducitur.

46 Ususfructus relietus civitati, centesimo exemplo anno consolidatur proprietati, l. 26. tit. 31. p. 3. l. An ususfructus & 3. de ususfr. l. Si ususfructus 8. de ususfruct. legat. Idem juris est, si legetur Ecclesiæ, Collegio, Hospitali, aut alicui Dignitati, veluti Episcopo. Cujac. in l. penult. de an. legat. & in l. Si ususfructus, Ant. Fab. in ration. ad d. l. an ususfructus, Surd. sup. num. 17. Duaren. ubi proxime, Pichard. in §. Finitur, numer. 7. Instit. de ususfruct. Petr. Gregor. Sintagm. lib. 4. cap. 5. n. 17. Molin. de iust. & jur. disp. 15. numer. 1. Dissentit Avend. sup. à num. 14. Quod ampliatur quantumvis testator exprefert, quod usumfructum in perpetuum relinquit civitati, ut cum D. Covar.

Ibi : Tertiò infertur.

De hac resolutione actum est suprà, num. 44.

Ibi :

& aliis tenet Castill. controvers. lib. 1. de ususfruct. cap. 61. numer. 19. ac assentitur Surd. d. quæst. 6. num. 17. etiæ de annuo legato relicto in perpetuum tum loquatur contra Gregor. Lop. in l. 26. gloss. I. tit. 31. part. 3. Sed an de fisco dicendum sit idem quod de civitate, cui ususfructus legatus, querit Cujac. in d. l. 8. qui resolvit negative, imo quod fisco acquiri non possit ususfructus, opinatur, quia ipse quod semel capit, nunquam relinquit, l. 2. §. 1. C. de requir. reis, unde inutiles proprietas efficeretur. Ast fiscum obtinere posse uitumfructum, tenet Alfar. de offic. Fisc. gloss. 34. num. 25. ita jure proprietatis servato, ut ejus domino in invito nequeat rem, qua fruitur, alienare, ut idem Alfarus docet: quapropter de opinione Cujacii dubito. Nec obstat dicta lex 2. nam ibi iusta causa retinendi reperitur; aliæ Principes nihil adversus leges fisco suo accrescere permittunt. l. Ex imperfetto 23. de legat. 3. l. 3. C. de testam. §. fin. Inst. quib. mod. testam. infirm. ubi Pichard. Ferdin. Mendoza dispu. jur. lib. 1. cap. 5. Morla Empor. Jur. p. I. tit. I. q. 1. Unde si Principi, seu fisco ususfructus competret, centesimo adveniente anno extingueretur, ficit in ceteris similibus observatur.

Principalis antecedens conclusio erit limitanda 47 quoties ususfructus cum onere in omne seculum permanens legatur, ut si Ecclesiæ relinquatur, ut ex fructibus die aliquis Sancti puellis dotes præstentur, pauperes induantur, elemosynæ erogentur: aut civitati ad ludos publicos, & alios usus pro honore Reipublicæ, ac testatoris, de censibus in l. Civitatibus 121. de legat. I. l. Annua 6. l. penult. de ann. legat. Cum enim haec nec centesimo, nec millesimo anno cessare debeant, ususfructus utique in idem tempus persistet. Nec dicat aliquis, stulte testatorum sic dispositi, dum Ecclesiæ, aut civitatum fundum ipsum non legavit, cum nuda proprietas nunquam hæredi utilis esse possit, quoniam hæc proderit ad memoriam defuncti, ac domus, & familiæ honorem, atque ne fundus per Rectores Ecclesiæ, vel civitatis alienetur.

Deinde eandem conclusionem arbitror non procedere, si expressim jubeat testator, ne ususfructus ad centum annos extinguatur, sed quod usque in infinitum persistat, quod obseruantur erit; nam sicut potuit, legato fundo, nihil ex eo hæredi relinquere testator, ita licebit huic nudam inutilem proprietatem perpetuo relinquere, quod ad aliquem finem poterit expedire, maxime cum civitatem usumfructum amittere conset, non solum si funditus evertatur, ut Carthago, Numantia, Saguntum & aliae; sed etiam per non usum. Cujac. in l. 8. de ususfruct. legat. Petr. Gregor. dīff. d. cap. 5. num. 18. Castill. sup. num. 22. Nec nostra assertio refragatur quod D. Covar. edocuit, scilicet usumfructum hujusmodi perire intra annum centesimum, tametsi expressim in perpetuo relinquatur; quoniam hoc verbum non semper ad tempus infinitum, sed juxta rem, de qua agitur, & juris dispositionem restringitur, ut cum D. Covar. & aliis observati lib. 2. cap. 17. num. 65. & in specie Barbola tract de Diction. verb. Perpetuò, num. 10. & nobis apertissime suffragantur aliud agentes Gregor. Lop. in l. 26. gloss. I. tit. 31. part. 3. Avend. d. cap. 4. num. 12. in fin. & n. 14.

Varias Resolut. Lib. III. Cap. IX.

91

Ibi : Quartò, hac in controversia.

49 Legatum annum privato relictum, ejus morte intercidit, nec ad hæredem legatarii pervenit. Gregor. Lop. in l. 27. gloss. I. tit. 9. part. 6. Cujac. in l. 4. de ann. legat. Surd. de alimento tit. 5. q. 1. num. 8. Avendann. d. cap. 4. numer. 1. Pichard. in §. At si ita stipuleris, num. 8. Instit. de verb. oblig. Duaren. in l. Si Stichum 16. cod. tit. Ant. Gom. variar. lib. 2. cap. 11. numer. 46. Roderic. de ann. redditib. lib. 1. q. 17. num. 102. ejus tamen anno quo legatarius obiit, pensionem integrum hæredi suo relinquet, etiæ prima die morte fit praeventus; quia ineunte unoquoque anno, dies legati quoad illum cedit, l. In singulos 8. de ann. legat, ubi Cujac. & in l. 4. eod. tit. Anton. Gom. ubi proxime, Surd. sup. tit. 9. q. 6. numer. 5. & 6. non quad sequentes, siquidem tot sunt legata, quot annue pensiones; ideo non transmittuntur quoniam vivo legatario eorum dies non cessit. Castill. controvers. lib. 1. de ususfruct. cap. 67. n. 31. Cenc. de censib. q. 118. numer. 6. Surd. tit. 9. q. 4. numer. 3. & 6. Cætera queæ D. Covar. hic tradidit, invenies apud Castill. num. 32. Cenc. num. 4. Surd. de alimento tit. 2. q. 12. n. 1. & quæst. 15. n. n. 90. tit. 9. q. 5. num. 14. atque alios quos nuper commemoravi.

50 Aliquando tamen legatum annum ad hæredem legatarii transfertur, veluti cum testator volens mille præstari Titio, centum ad decennium annuatim solvenda reliquit, ut relevetur hæres ne bona hæreditaria distrahere compellatur, ex quorum fructibus tractu temporis solvere posset, quo casu si legatarius ante decimum deceperit annum, hæres illus succedit, ut pensiones capiat usque ad diem præsentum. Secus erit si temporale legatum alimentorum causâ relinquetur; tunc siquidem obeunte legatario ante tempus explatum, hæres nihil pro annis deficientibus exigere poterit. Hæc obitum premisimus suprà, num. 38. ac docuere Pichard. sup. numer. 8. & 9. Cancer. variar. part. 3. cap. 20. ex num. 35. Sin vero non appetat, qua ratione legatum sit, ex persona legatarii discerni potest, an dives, pauperve sit, ac ex aliis conjecturis: & in dubio pro alimentis legatum pronunciabitur.

Ibi : Quintò secundum ea.

51 Annui legati æstimatione eadem est, sive ad centum annos sive in perpetuum pensio solvi debet civitati legatariae, quoniam non redditus legati intelliguntur, sed quantitas, que scenori data (ut tunc licebat) sufficiat ad solutionem annuum reliæ pensionis, l. 3. §. ult. ad leg. Falcid. atque ea summa, quæ reddere valet decem annua ad tempus, totidem in perpetuum per usuras producit, ut per se patet; ideo quoad Falcidiam solius fortis fieri computatio, cum ea in præsenti exhibita, facile possit hæres legato etiam perpetuo satisfacere: & hæc mens testatoris sive præsumitur, ut Consultus insinuat.

52 Unde si hodie apud nos decem annua Ecclesiæ, vel civitati relinquenterunt, ubi Falcidæ locū fieret, ducenta computarentur, quoniam in summa ista per emptionem census ad rationem unius pro viginti, quod legitimum pretium est, decem annua in perpetuum possent comparari.

53 Quæ de annuis legis premisimus, non omnino convenient stipulationibus annuis, de quibus in l. Si Stichum 16. de verb. oblig. §. At si ita D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.

stipuleris Instit. eod. Cujac. in d. l. Si Stichum, Dauren. ibi, Pichard. in d. §. At sita, Ant. Gom. variar. lib. 2. cap. 11. n. 46. Salgard. de regia protect. part. 4. cap. 7. d. num. 135. Mantic. de tacit. conv. lib. 14. tit. 12. num. 13. & tit. 40. ex n. 36.

SUMMARIUM.

- 1 Quantum decrescat pretium rei ob pacum retrovendendi.
- 2 De justo pretio census redimibilis, & num. 3.
- 4 Apud nos lege regia prohibetur census in constitutione pacifici, ut redditus solvantur in frumento, vino, vel aliis speciebus.
- 5 Utrum procedat prohibitio in censibus, qui redimi nequeunt, & in reservativo? & num. 6.
- 7 Pretium census redimibilis autem est lege regia ad rationem viginti pro uno. Idem pretium in Germania, & aliis regionibus stabilitum est, ibid.
- 8 Census jam constitutus an minoris emi possit adversus legi prohibitionem?
- 9 In dubiis an census perpetuus, vel redimibilis presumatur, & num. seqq.
- 10 Emphyteus à privato concessa in dubio perpetua presuntur.
- 11 Argumentum de emphyteusi ad censem non semper procedit.
- 12 Census reservativus an in dubio presumatur perpetuus, vel redimibilis? & num. 13.
- 14 Census num consignatus, vel reservativus in dubio censatur?
- 15 Contractus dubios consuetudo contrahentium, ac regionis interpretatur.
- 16 Apud Hispanos in dubio census consignatus, ac redimibilis judicaretur propter frequentiam, & consuetudinem.
- 17 Census consignatus an redimibilis presumatur?
- 18 In Hispania census, de cuius propertate non constat, redimibilis estimabitur.
- 19 Ex modicitate pretii oritur presumptio, quod census est redimibilis.
- 20 Census perpetuus redimi poterit, si appareat de iniquitate contractus ob pretii modicitudinem.
- 21 Census de cuius constitutione non constat, sed solum ex diuina reddituum solutione probatur, redimibilis est presumendus.

C A P U T X.

Ad Num. I.

Quanquam apud omnes constat, ex pacto retrovendendi rei venditæ æstimationem decrescere, ut prænotavi cum aliis suprà, cap. proximo, numer. 42. sed non convenient quoad partem, pro qua pretium minui debeat. Quidam quartam detrahendam arbitrantur, alii tertiam, & aliqui dimidiam, ut videre est apud Molin. de just. & jur. disp. 385. num. 15. vers. Et quarens, Trullench in Decalog. lib. 7. cap. 21. dub. 8. num. 1. Castill. controvers. lib. 2. cap. 25. ex num. 63. Scaccia de commerc. §. I. q. 7. p. 2. ampliat. 8. Valasc. consult. 70. Roderic. de ann. redditib. lib. 2. q. 11. num. 33. Caroc. de locat. rubric. de iur. quæst. II. num. 17. Omnes communiter paci æstimationem prudentis viri iudicio committunt, & quoad censem

M 2 suum

suum emptionem observare oportet tradita suprà,
cap. prox. num. 30.

Ad Num. 2.

2. De pretio census redimibilis non pauci plura trahiderunt, in oppositis sententias abeunt: sed plerique illud justum esse pretium definierunt, quod in quaque regione aut lex statuit; aut usus communis induxit, de quo Molin. *ubi proxime*, Bonacina de *contrat. disp. 3. quest. 4. punct. unic.* Leffius de *jusit. & jur. lib. 2. cap. 22. numer. 104.* Avend. de *censib. cap. 32.* Felician. *cod. tract. lib. 2. cap. 2. a. num. 17.* Frider. Martin. de *jur. cens. cap. 5.* Cencius. de *censib. q. 47. ex num. 3.* Fachin. *controvers. lib. 2. cap. 43.* Roderic. *sup. lib. 1. cap. 6.* Leotard. de *usur. q. 59. ex n. 20.* Scaccia de *commerc.* §. 1. q. 1. n. 244. & q. 7. part. 2. ampliat. 8. n. 38. & ampliat. 10. num. 69. 80. & 81. Igitur pretium legale, seu consuetudinarium cuiusque provinciae, justum in utroque foro ibi censembitur. Cencius num. 3. Nec expediret, quod uniforme pretium censibus generaliter constitueretur ad omnem regionem, ac locum, ut probat fusè Cencius q. 46. ex num. 11. quanquam id assignari posse fateatur idem Cencius *ibi. à n. 8.*

3. Si alicubi certum foret pretium censibus non redimibiliibus, quanti vendi redimibiles liceret, facile posset computari, dempta tercia, aut quarta parte pretii legalis, pro facultate redimendi, secundum mox tradita, num. 1.

Ad Num. 3.

4. Ut fraudibus amputaretur occasio, lex Regia prohibuit censuum constitutionem eo pacto, ut redditus solverentur in frumento, vino, oleo, aut aliis speciebus, l. 4. tit. 15. lib. 5. Recopilat. quam constitutionem in censibus vitalitiæ procedere, declarat lex 9. eod. tit. de qua Azeved. *ibi*, ac Mathienzus in d. l. 4. Roderic. *sup. lib. 1. q. 12. à num. 2. & q. 17. n. 7.* Avend. *sup. cap. 46. ex n. 3.* ubi an lex procedat in emphyteusi, ac censu reservativo? Guttier. *Practic. lib. 2. q. 170.* qui probat in censu redimibili prohibitionem non vigere, sicut nec in reservativo. Felician. d. cap. 1. num. 42. Molin. *disp. 383. num. 12. vers. Ex parte.*

5. Quod census non redimibiles mihi videtur Regia lex omnino servanda, quanquam jus antiquum corrigeret: tum quod in correctoriis ex rationis identitate admittitur extenso ubi favorem continet, ut illa constitutio, quæ in opere opere prospexit, ut ex contextu patet: & quatenus iniquitas, atque fraudis est exclusiva, spirituali futili consulti contrahentium. Tum etiam quia ratio exprimitur in lege correctoria (prout in lege nostra) ad similes casus ampliatur quoties eadem militat. Hæc ex pluribus peccatoval supra, lib. 2. cap. 5. num. 44. & 45. Nec obest illud vulgare: Si lex voluerit, expressifet, ex l. unic. §. Si autem ad deficientis, C. de caduc. tollend. & aliis, quæ eu- mulat Barbofa axiom. 136. num. 5. quoniam cum sensus perpetuus frequens non sit, ut redimibilis, hujus meminit, sed illum non exclusit. Ita tenet Azeved. *sup. num. 3.*

6. Quod attinet ad censum reservativum ita distinguere: aut certum pretium constituitur, vel lut mille, & ex his imponitur census juxta taxam legis, ut redditus solvantur in fructibus & tunc propter rationis identitatem dictæ legis 4. prohibito obstabit. Aut vendito fundo, convenient ut

loco pretii tot fanæ frumenti, aut vini amphoræ in singulos pendantur annos, ac celsabit legis dispositio, cum posset vendor sub hac conditione, & non alter rem suam alienare: nec hic intervenit propria census emptio & constitutio, sed reservatio fructuum ad quos emptor se altingit nomine pretii, pro fundo, quem acquirit. Sub hac distinctione resolvit poterit, si pars valoris in pecunia solvatur, & residuum in annos singulos ad censum relinqatur, ut tot fanæ tritici præstentur: illi enim fructus anni nulli certo pretio emuntur, nec jus quod ad illos comparat qui fundum transtulit; unde nec venditio ipsorum intervenit, quæ absque illo consistere neguit l. 2. §. 1. de contr. empt. §. *Premium, Inst. de empt. & vendit.* Vide Molin. *disp. 381. in fin. & disp. 382. num. 2. & 3. vers.* Quod ut intelligatur, & disp. 383. n. 2. Guttier. *Practic. lib. 2. quest. 12. num. 3. & 4.*

Vers. Ceterum post tertiam.

Hæc lex regia quam laudati nostres, ac exercitari nonnulli commemorant, in novissima nostra recopilatione sexta numeratur, sub. tit. 15. lib. 5. & secundum eam olim nonaginta octo septem annuis & non minoris emere licebat, ad rationem unius pro quatuordecim, usque ad annos 1608. quo tempore Philippus III. censum premium augeri præcepit, ita ut pro uno viginti solvere emptor teneatur, seu quinque pro centenario. Idem in Valentino Regno constituit Philippus IV. anno 1622. l. 12. tit. 15. lib. 5. *Recop. Trull. in Decalag. lib. 7. cap. 21. dub. 8. num. 1.* Similis lex Cæsarea habet apud Germaneos, teste Gail. lib. 2. *obseruat. cap. 6.* quem refert Fachin. *dict. cap. 43. in princ.* Circa nostram regalem constitutionem observare oportet, pretium illud quoad emptorem in indivisibili ita consistere, ut minoris emere non valeat, non sic respectu vendentis, cui non vetatur pluris vendere intra laitudinem justi pretii, prout in ceteris rebus, quæ illud legitimum non habent: quæ disparitas inter contrahentes placuit in gratiam miserorum, qui in opere urgente, bona sua pro vili pretio censu oneri subiecabant. *Trullench. num. 3.* Scaccia de *commerc.* §. 1. quest. 7. part. 2. ampliat. 10. n. 70. Roderic. de *annuis redditib. lib. 1. quest. 6. num. 34.* Molin. *disp. 383. num. 4.* Leotard. de *usur. quest. 59. n. 29.* Qua ratione similiter decrevit Nicolaus V. quod regnum Siciliæ, ut adnotat Scaccia *dict. numer. 70. & 81.* Prefatae legis nostræ meminit Avendann. de *cap. 32.* quæ & contractus alter factos reddidit nullos, & Tabellionibus instrumentis confitientibus peccatum irrogavit, ipsaque Ecclesiasticos ligat, utpote quæ communi utilitati prospicit, atque in foro conscientie debet à cunctis observari. Avendann. *num. 9 & 10.* Roderic. *numer. 49. ubi alii.*

Ibi: Sed & de illa quæstione.

Quæritur an census jam constitutus emi minori 8 pretio possit, quæ lege stabilitum est? De quo Molin. *sup. disput. 393.* Trullench. *dict. dub. 8.* Roderic. d. lib. 1. q. 8. Felician. *sup. lib. 2. cap. 1. ex numer. 43.* Avendann. *sup. cap. 34.* Leffius de *jusit. & jur. lib. 2. cap. 22. ex num. 45.* Azeved. in l. fin. n. 1. tit. 15. lib. 5. *Recop. Olan. concord. jur. lit. A, ex n. 113.* Navar. in *Manual. cap. 23. vers. Ad novæ autem.* Guttier. *Practic. lib. 2. q. 172.* Hermos. in l. 23. gloss. 4. num. 26. tit. 5. part. 5. Can-

Cancer. *variar. part. 2. cap. 1. num. 281.* & licet pro utraque parte rationes militent ac Interpretes, ut videre licet apud laudatos, praesertim apud Felicianum, receptus tamen est quod si census tutò sit collocatus, emi non posse minoris quæ lege constitutum est.

Vers. Sed & illud.

9. Item quæritur, si de census constitutione constet, sed an perpetuus sit, aut redimibilis, non appearat, cujus naturæ præsumatur? Pro cuius decisione consulendi Avendann. de *censib. cap. 14.* Roderic. de *ann. redditib. lib. 1. quest. 15. à n. 43.* Cencius de *censib. decis. 394.* Felician. *cod. tract. tom. 2. lib. 1. cap. 10. num. 8.* Duard. de *cens. 1. part. quest. 13. ex num. 1.*

Ad Num. 4.

10. Emphyteusis à privato, non ab Ecclesia, si concedatur abfolute absque temporis mentione, perpetua præsumitur. Mantic. de *tacit. convent. lib. 22. tit. 5. à n. 3.* Menoch. de *presumpt. lib. 3. presumpt. 109.* Roderic. *sup. num. 55.* Jul. Clar. §. *Emphyteusis, quest. 27. n. 1.* Marescot. *veriar. lib. 2. cap. 25. num. 6.* Trentacinq. *variar. lib. 3. tit. de jur. emphyteusis. resol. 3. num. 1.* Est enim emphyteusis suâ naturâ perpetua. Valafec. de *jur. emphyt. quest. 35. num. 8.* Leotard. de *usur. q. 51. num. 16.* Mantic. de *tit. 5. n. 5.*

Ad Num. 5.

11. Argumentum ab emphyteusi ad censum non semper efficaciter procedere solet, cum in pluribus discrepant, sicut notatur suprà, cap. 7. ex num. 3. Sic in præsenti rejicitur, maximè propter diversitatem naturæ eorum contractum; census enim naturâ temporalis est, ac redemptio extinguitur. Cencius cum aliis suprà, quest. 59. à n. 3. emphyteusis vero perpetua, ut pronuper est assertum. Vide infra, num. 17.

Vers. Primum illud.

12. Si quis ædis, vel fundi dominium transtulerit in alium, nullo sibi iure reservativo, sed censu constituto super eadem re alienata, quantitatis de qua convenerit, annuatim solvende, talis census, nisi expresse concedatur facultas, redimi non poterit Avendann. *sup. n. 6.* Roderic. *lib. 43.* Duard. ad *Bull. Pii V. in prefat. quest. 19. n. 3. & 15.* Leotard. de *usur. q. 41. n. 22.* Est namque census iste sui naturæ irredimibilis, ut ex Molina observat Felician. d. num. 8. vers. *Denique mibi.* Avend. *num. 12.* Sed si probetur ex consuetudine providentia, vel tui reservantis census, quod facultas redimendi in hujusmodi censibus concedi confuevit, in dubio redimibilis judicabitur, ut sentit Menochius de *prefat. 109. n. 1. & 5.* agens de emphyteusi, quæ aliæs perpetua existimatur, ut prædicti.

13. Hic census reservativus nuncupatur, de quo Molin. *disp. 381.* Cencius *quest. 1. an. 6.* Roderic. *lib. 2. quest. 22.* Avendann. *cap. 13.* Leotard. *d. quest. 41.* & alii plures apud Cencium.

Ibi: Secundò considerandum.

Quoties liquet censum deberi, non tamen an 14 res, super qua constitutus reperitur, fuerit creditoris, ille reservativus censabitur, nisi in instrumento mentio pretii fieret, quo casu confignativo habebitur. Roderic. *quest. 15. n. 43. & 44.* Avendann. *cap. 22. num. 20.* nam facta mentione de pretio, apparet venditio contracta, quæ solum in confignativo censi intervenit, non in reservativo Molin. *disp. 382.* qui num. 4. observat, quod ubi prædium emitur certi pretio, & ex eo census imponitur super ipso prædio, hic est confignativus, Avendann. de *censib. cap. 30. num. 1.*

Ibi: Tertiò si minimè.

Hæc prænotavimus suprà, numer. 12. quoniam 15 semper attendenda est regionis consuetudo, & usus contrahentium, ubi de contractus natura dubitatur, l. Semper in *stipulationibus 35. de regul. jur. Menoch. lib. 3. pref. 38. n. 9. & pref. 43.* Mantic. de *tacit. convent. lib. 3. tit. 8. num. 10. & 67.* Et regulariter consuetudo est contractum interpres, ut adnotavi *Practicar. cap. 3. n. 7. & cap. 28. num. 60.* Sed prius consuetudo contrahentium, quam regionis inspicienda. Menoch. d. n. 67.

Ex quo infertur, quod si in Hispania de natura, 16 & qualitate census ambigeretur, confignativus, ac redimibilis deberet judicari; nam hujusmodi census venditio frequens admodum est: reservativi vero, & non redimibilis nullus est usus aut rarus. Molin. *disp. 281. n. 9.* Nec obest, quod D. Covar. de proprietate verbi præmisit, quoniam hodie verbum *Census*, non minus propriè convenit confignativo, quam reservativo. Adde Roderic. d. q. 15. n. 45.

Ibi: Quartò quoties de jure,

Si constiterit censum fore confignativum, sed an 17 redimibilis sit, necne, lateat, perpetuum judicanum sentient Roderic. *sup. num. 46.* Cencius *decis. 394. numer. 2.* cum D. Covar. Disserit Avend. d. cap. 14. num. 10. Quia facultas redimendi est de natura census, quod ex Cencio suprà prænotavi, n. 11. Sed cum Scaccia de *commerc.* §. 1. quest. 1. à n. 236. distinguendum est, nam de jure Communi D. Covar. sententia procedit: opposita secundum Bullam Pii V. tenenda.

Quicquid de jure sit, apud nos secundum consuetudinem omnis census confignativus redimibilis estimabitur, nisi de perpetuitate liquido constet, cum raro, aut nunquam in Hispania census iste irredimibiliter constitutatur, Felician. de *censib. lib. 2. cap. 5. num. 25.* His accedit, quod in dubiis illa est interpretatio abhinda, per quam minus gravetur debitor, l. *Quidquid 99. de verb. oblig.* l. Semper in *obligis 9. l. Semper in stipulationibus 35. de reg. jur.* observat in specie Avendann. *dict. cap. 14. num. 5.* Nec dubium est (ut idem inquit) quin magis oneretur censarius, sublata redimendi facultate.

Ibi: Quod si pretium anni reditus.

Limitat. D. Praeses quod docuerat de præsumptione census irredimibilis si ex pretii modicitate deduci posset, quod fuerit redimendi concessa facultas, propter quam, ut sèpe dictum est, iusta rei